

**PARROCCHIA DEI
SS. GIACOMO E FILIPPO
CORNAREDO (MI)**



Ingresso a Gerusalemme: Duomo di Milano,
vetrata del XV sec

DOMENICA DELLE PALME

VESPRI AMBROSIANI ANTICHI

**Presieduti da
Mons. Fabio Turba**

**Canti liturgici di tradizione orale
eseguiti dalla Corale "S. Cecilia"
di Imberido di Oggiono (Lecco),
direttore Pasquale Frigerio.**

DOMINICA OLIVARUM AD VESPERAS
iuxta ritum Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis

VESPRI DELLA DOMENICA DELLE PALME
secondo il rito della Santa Chiesa Milanese

Pater noster – Ave Maria (in segreto)

Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Il Signore sia con voi.
R. E con il tuo spirito.

Lucernarium

Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine;
Deus meus, illumina tenebras meas.
V. Quoniam in te eripiar a tentatione; Deus meus,
illumina tenebras meas. Deus... Quoniam...

Poiché tu dai luce alla mia lucerna, o Signore; mio
Dio, illumina le mie tenebre.
V. Poiché in te sia allontanato dalla tentazione;
mio Dio, illumina le mie tenebre.

Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Il Signore sia con voi.
R. E con il tuo spirito.

Antiphona in choro

Quanta audivimus et cognovimus ea, et patres
nostri narraverunt nobis, non sunt abscondita a
filiis eorum in generatione altera.

Ciò che abbiamo udito e conosciuto e i nostri
padri ci hanno raccontato, non lo terremo nascosto
ai loro figli nella generazione futura.

Hymnus

Vexilla Regis prouideunt,
fulget Crucis mysterium,
qua vita mortem pertulit
et morte vitam reddidit.

Del Re il vessillo sfolgora,
la Croce appare in gloria,
da cui la vita agli uomini
morendo volle rendere.

Figunt cruenti Numinis,
clavi manus, vestigia;
redemptionis gratia
hic immolatur hostia.

Le mani e i piedi inchiodano;
Gesù sospeso sanguina,
e muore qui il Signore
che il mondo vuol redimere.

Post vulneratus impiæ
mucrone diro lanceæ,
ut nos lavaret crimine,
manavit unda et sanguine.

Spietata poi la lancia
trapassa il cuore esanime;
l'acqua ed il sangue sgorgano
che i nostri errori lavano.

Impleta sunt quæ concinit
David fideli carmine,
dicendo nationibus:
“Regnavit a ligno Deus”.

Veraci ora si adempiono
le profezie di Davide:
dal legno della croce
regna il Signor dei secoli.

Arbor decora et fulgida
ornata regis purpura,
electa digno stipite
tam sancta membra tangere.

O Croce degna e fulgida,
del Re il sangue sfolgora;
tu sola scelta a reggere
le membra sue purissime.

Beata, cuius brachiis
salus perpendit sæculi!
Statera facta est corporis,
tulitque prædam tartari.

Beata Croce, albero
che ci doni la vita!
Tu porti, appesa vittima,
chi ci salvò dagli inferi.

O Crux ave, spes unica!
hoc passionis tempore
piis adauge gratiam
reisque dele crimina.

Te summa cæli, Trinitas,
collaudet omnis spiritus;
quos per crucis mysterium
salvas, tuere iugiter.

Croce, speranza unica,
la Chiesa oggi ti celebra:
ai buoni aggiungi grazie,
ai rei cancella i crimini.

O Trinità, ti adorino
i tuoi redenti unanimi:
la Croce ebbe a redimerli,
con la tua Croce salvati.

Responsorium in choro

Exaudi me, Domine, in tua iustitia, et non intres in iudicium cum servo tuo. *V.* Eripe me de inimicis meis, Deus meus, quia ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus. Et non intres...

Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Per la tua giustizia rispondimi, o Signore, e non chiamare in giudizio il tuo servo. *V.* Salvami dai miei nemici, Signore, a te mi affido; insegnami a compiere il tuo volere, perché sei tu il mio Dio.

Il Signore sia con voi.
R. E con il tuo spirito.

Antiphona

De inimicis meis, Deus, eripe me: ab insurgentibus in me libera me, Domine.

Salvami dai miei nemici, Signore; liberami da coloro che mi vengono contro.

Ps. 58 (59)

1. Èripe me de inimicis meis, Deus: *ab insurgentibus in me libera me.
2. Èripe me de operantibus iniquitatem: *et de viris sanguinum libera me.
3. Quia ecce captaverunt animam meam: *irruerunt in me fortes.
4. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine: *sine iniquitate cocurri et direxi.
5. Exsurge in occursum mihi, et vide: *et tu, Domine, Deus virtutum, Deus Israel,
6. Intende ad visitandas omnes gentes: *non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.
7. Convertentur ad vesperum, et famem patientur ut canes: *et circumbunt civitatem.
8. Ecce loquentur in ore suo, et gladius in labiis eorum: *quoniam quis audivit?
9. Et tu, Domine, deridabis eos: *et pro nihilo habebis omnes gentes.
10. Fortitudinem meam apud te custodiam; quia tu, Deus, susceptor meus es: *Deus meus, misericordia eius praveniet me.
11. Deus meus, ostende me inter inimicos meos, et ne occideris: *nequando obliviscantur legis tuae.
12. Disperge eos in virtute tua: *et destrue eos, protector meus, Domine.
13. Delicta oris eorum, sermones labiorum ipsorum: *et comprehendantur in superbia sua, et de execratione et mendacio compellentur.
14. In consummatione, in ira consummationis, et non erunt: *et scient quia Deus dominatur Iacob, et finium terrae.

Liberami dai nemici, mio Dio, proteggimi dagli aggressori.

Liberami da chi fa il male, salvami da chi sparge sangue.

Ecco, insidiano la mia vita, contro di me si avventano i potenti.

Signore, non c'è colpa in me, non c'è peccato; senza mia colpa accorrono e si appostano.

Svegliati, vienimi incontro e guarda, tu, Signore, Dio degli eserciti, Dio d'Israele.

Levati a punire tutte le genti; non avere pietà dei traditori.

Ritornano a sera e ringhiano come cani, si aggirano per la città.

Ecco, vomitano ingiurie, le loro labbra sono spade. Dicono: "Chi ci ascolta?"

Ma tu, Signore, ti ridi di loro, ti burla di tutte le genti.

A te, mia forza, io mi rivolgo: sei tu, o Dio, la mia difesa; la grazia del mio Dio mi viene in aiuto.

Dio mi farà sfidare i miei nemici; non ucciderli, perché il mio popolo non dimentichi la tua legge. Disperdili con la tua potenza e abbattili, Signore, nostro scudo.

Peccato è la parola delle loro labbra, cadano nel laccio del loro orgoglio per le bestemmie e le menzogne che pronunziano.

Annientali nella tua ira, annientali e più non siano; e sappiano che Dio domina in Giacobbe, fino ai confini della terra.

15. Converténtur ad vésperum, et famem patiéntur ut canes: *et circuíbunt civitátem.

16. Ipsi dispergéntur ad manducándum; *si vero non saturabúntur, murmurábunt.

17. Ego autem cantábo virtútem tuam: *et exaltábo mane misericórdiam tuam.

18. Quia factus es suscéptor meus, et refúgium meum: *in die tribulatiónis meæ.

19. Adiútor meus, tibi psállam; quia tu, Deus suscéptor meus es: *Deus meus, misericórdia mea.

20. (Ps. 133) Ecce nunc benedícite Dóminum, *omnes servi Dómini.

21. Qui statis in domo Dómini, *in átriis domus Dei nostri.

22. In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, *et benedícite Dóminum.

23. Benedicat te Dóminus ex Sion, *qui fecit cælum et terram.

24. (Ps. 116) Laudate Dóminum, omnes gentes, *et collaudáte eum, omnes pópuli;

25. Quóniam confirmata est super nos misericórdia eius, *et véritas Dómini manet in æternum.

26. Glória Patri, et Fílio, *et Spirítui sancto;

27. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, *et in sæcula sæculorum. Amen.

Ant. De inimicis...

Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Dominus vobiscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Populum tuum, quæsumus, Domine, ad te toto corde converte: quia quos defendis etiam delinquentes, maiori pietate tueris sincera mente devotos. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

Dominus vobiscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Ritornano a sera e ringhiano come cani, per la città si aggirano.

Vagano in cerca di cibo; latrano, se non possono saziarsi.

Ma io canterò la tua potenza, al mattino esalterò la tua grazia.

Perché sei stato mia difesa, mio rifugio nel giorno del pericolo.

O mia forza, a te voglio cantare, poiché tu sei, o Dio, la mia difesa, tu, o mio Dio, sei la mia misericordia.

Ecco, ora benedite il Signore, voi tutti, servi del Signore.

Voi che state nella casa del Signore, negli atri della casa del nostro Dio.

Durante le notti alzate le mani verso il tempio, e benedite il Signore.

Da Sion ti benedica il Signore, che ha fatto cielo e terra.

Lodate il Signore, popoli tutti; voi tutte, nazioni, dategli gloria.

Perché forte è il suo amore per noi e la fedeltà del Signore dura in eterno.

Gloria al Padre, al Figlio e allo Spirito santo;

com'era nel principio e ora e sempre nei secoli dei secoli. Amen.

Il Signore sia con voi.

R. E con il tuo spirito.

Oratio I

Signore, ti preghiamo, fa' che il tuo popolo si converta di tutto cuore a te, perché coloro che tu, pur colpevoli, risparmi, con maggiore pietà tu proteggi quando ti si facciano sinceramente devoti. Per il nostro Signore Gesù Cristo, Figlio tuo, che vive e regna con te, Dio, in unità con lo Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

R. Amen.

Il Signore sia con voi.

R. E con il tuo spirito.

Antiphona ad Magnificat

Mittens hæc mulier unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

Questa donna, spargendo un tale unguento sul mio corpo, l'ha fatto per la mia sepoltura.

Canticum B.M.V.

1. Magnificat *ánima mea Dóminum,
2. Et exsultavit spíritus meus *in Deo salutari meo:
3. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; *ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes:
4. Quia fecit mihi magna qui potens est, *et sanctum nomen eius;
5. Et misericórdia eius a sæculo et in sæculum *super timentes eum.
6. Fecit poténtiam in bráchio suo; *dissipavit superbos mente cordis eorum.
7. Depósuit potentes de sede, *et exaltavit húmiles.
8. Esurientes satiavit bonis, *et dívites dimisit inanes.
9. Suscepit Israel púerum suum, *memor misericórdiæ suæ;
10. Sicut locutus est ad patres nostros, *Abraham et sémini eius usque in æternum.
11. Glória Patri, et Filio, *et Spiritui Sancto;
12. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, *et in sæcula sæculorum. Amen.
13. Magnificat

Ant. Mittens...

Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Dominus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Ascendat ad te, Domine, supplicum preces: ut qui diu pro nostris offensionibus castigati sumus, miserationis tuæ veniam sentiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

L'anima mia magnifica il Signore

E il mio spirito esulta in Dio, mio salvatore.

Perché ha guardato l'umiltà della sua serva; d'ora in poi tutte le generazioni mi chiameranno beata.

Grandi cose ha fatto in me l'Onnipotente e Santo è il suo nome.

Di generazione in generazione la sua misericordia si stende su quelli che lo temono.

Ha spiegato la potenza del suo braccio, ha disperso i superbi nei pensieri del loro cuore;

Ha rovesciato i potenti dai troni, ha innalzato gli umili;

Ha ricolmato di beni gli affamati, ha rimandato i ricchi a mani vuote .

Ha soccorso Israele, suo servo, ricordandosi della sua misericordia,

Come aveva promesso ai nostri padri, ad Abramo e alla sua discendenza, per sempre.

Gloria al Padre, al Figlio e allo Spirito santo;

Com'era nel principio e ora e sempre, nei secoli dei secoli. Amen.

L'anima mia...

Il Signore sia con voi.

R. E con il tuo spirito.

Oratio II

Salgano a te, o Signore, le preghiere di coloro che ti supplicano; affinché noi, che per lungo tempo fummo castigati a motivo delle nostre colpe, sentiamo di aver conseguito il perdono della tua misericordia. Per il nostro Signore Gesù Cristo, Figlio tuo, che vive e regna con te, Dio, in unità con lo Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

R. Amen.

Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Il Signore sia con voi.
R. E con il tuo spirito.

Psallenda I

Obstrue, Domine, os loquentium iniquitatem; quia in vanum quærent animam meam. Gloria Patri...
Obstrue...

Chiudi, o Signore, la bocca di coloro che dicono iniquità; poiché invano cercano l'anima mia.

Responsorium in Baptisterio

Custodi me, Domine, de manu peccatoris, ab hominibus iniquis libera me: qui cogitaverunt supplantare gressus meos. *V.* Exaudi, Domine, vocem orationis meæ; quia acuerunt ut gladius linguas suas; venenum aspidum sub labiis eorum. Qui cogitaverunt...

Proteggimi, Signore, dalle mani degli empi, salvami dall'uomo violento: essi tramano per farmi cadere. *V.* Ascolta, Signore, la voce della mia preghiera; poiché aguzzano la lingua come serpenti; veleno d'aspide è sotto le loro labbra.

Oratio III

Tueatur, quæsumus, Domine, dextera tua populum supplicantem, et purificatum dignanter erudiat; ut consolatione præsentis ad futura bona proficiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

O Signore, ti preghiamo, la tua destra protegga il popolo che ti supplica e, degnamente purificato, lo istruisca; affinché con la consolazione dell'oggi si avanzi verso il bene futuro. Per il nostro Signore Gesù Cristo, Figlio tuo, che vive e regna con te, Dio, in unità con lo Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

R. Amen.

R. Amen.

Antiphona

Ab insurgentibus in me libera me, Domine.

Signore, liberami da coloro che mi vengono contro.

Ps. 58 (59)

1. Èripe me de inimicis meis, Deus: *ab insurgentibus in me libera me.
2. Èripe me de operantibus iniquitatem: *et de viris sanguinum libera me.
3. Quia ecce captaverunt animam meam: *irruerunt in me fortes.
4. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine: *sine iniquitate cocurri et direxi.
5. Gloria Patri, et Filio, *et Spiritui sancto;
6. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, *et in sæcula sæculorum. Amen.

Liberami dai nemici, mio Dio, proteggimi dagli aggressori.
Liberami da chi fa il male, salvami da chi sparge sangue.
Ecco, insidiano la mia vita, contro di me si avventano i potenti.
Signore, non c'è colpa in me, non c'è peccato; senza mia colpa accorrono e si appostano.
Gloria al Padre, al Figlio e allo Spirito santo;
com'era nel principio e ora e sempre nei secoli dei secoli. Amen.

Ant. Ab insurgentibus...

Completorium I

Regnum tuum, Domine, te decet hymnus: et dominatio tua ab omni generatione et progenie. Te decet laus.

O Signore, a te si addice l'inno; il tuo regno, e la tua potenza sono su ogni generazione e discendenza. Ti sia lode.

Completorium II

Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum, et laudabilis, et gloriosus in sæcula. Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Tu sei benedetto, o Signore, Dio dei nostri padri, e degno di lode e glorioso in eterno. Signore, pietà...

Oratio IV

Da nobis, quæsumus, Domine, tua digne semper tractare mysteria; ut miserationibus tuis congruo

Fa, o Signore, ti chiediamo, che celebriamo sempre degnamente i tuoi misteri; affinché alla

tibi respondeamus obsequio, et fiducialius
impetranda poscamus. Per Dominum...

R. Amen.

Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

tua misericordia rispondiamo con congruo
ossequio e ti rivolgiamo più fiduciosi le nostre
suppliche. Per il nostro Signore...

R. Amen.

Il Signore sia con voi.

R. E con il tuo spirito.

Psallenda II

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?
Multi insurgunt adversus me: exsurge, salva me,
Deus meus. Gloria Patri... Domine...

Signore, quanti sono i miei oppressori! Molti
contro di me insorgono. Sorgi, mio Dio, salvami.

Completorium I

Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine;
Deus meus, illumina tenebras meas.

Poiché tu dai luce alla mia lucerna, o Signore; mio
Dio, illumina le mie tenebre.

Completorium II

Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum,
et laudabilis, et gloriosus in sæcula. Kyrie eleison,
Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Tu sei benedetto, o Signore, Dio dei nostri padri, e
degnò di lode e glorioso in eterno. Signore, pietà...

Oratio ultima

Os nostrum, Dómine, gaudio repleatur: *et in tua
misericordia semper exultet. Per Dominum
nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum
vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per
omnia sæcula sæculorum.

Il nostro volto, o Signore, sia pieno di gioia: ed
esulti sempre nella tua misericordia. Per il nostro
Signore Gesù Cristo, Dio, che vive e regna con te
in unità con lo Spirito santo, per tutti i secoli dei
secoli.

R. Amen.

R. Amen.

Dominus vobiscum.

Il Signore sia con voi.

R. Et cum spíritu tuo. Kyrie eleison...

R. E con il tuo spirito. Signore, pietà...

Benedicat et exaudiat nos Deus.

Dio ci benedica e ci esaudisca.

R. Amen.

R. Amen.

Procedamus cum pace.

Andiamo in pace.

R. In nómine Christi.

R. Nel nome di Cristo.

Benedicamus Domino.

Benediciamo il Signore.

R. Deo grátias.

R. Rendiamo grazie a Dio.

Pater noster, (*sottovoce*) qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Advéniat regnum tuum, fiat voluntas tua,
sicut in cælo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hódie, et dimitte nobis débíta nostra, sicut et
nos dimíttimus debitóribus nostris. (*alta voce*) Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed líbera nos a malo.

Sancta Trinitas nos semper salvet et benedicat.

La santa Trinità sempre ci salvi e ci benedica.

R. Amen.

R. Amen.

Fidelium animæ per Dei misericordiam
requiescant in pace.

Le anime dei credenti per misericordia di Dio
riposino in pace.

R. Amen.

R. Amen.

Benedictio eucharistica

Psallenda

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur,
recolitur memoria passionis eius, mens impletur
gratia, et futuræ gloriæ nobis pignus datur,
alleluia. Gloria Patri... O sacrum...

O sacro convito, in cui Cristo è nostro cibo; si
perpetua il memoriale della sua passione; l'anima
nostra è colmata di grazia e ci è dato il pegno
della gloria futura. Gloria al Padre...

Oratio

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili Passionis
tuæ memoriam reliquisti, tribue, quæsumus: ita
nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria
venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis
iugiter sentiamus. Per Dominum nostrum...

O Dio, che sotto un mirabile sacramento ci hai
lasciato la memoria della tua passione, concedici,
ti chiediamo, di venerare i sacri misteri del tuo
corpo e del tuo sangue, affinché sentiamo sempre
in noi il frutto della tua redenzione. Per il Signore.

R. Amen.

R. Amen.

Dominus vobiscum.

Il Signore sia con voi.

R. Et cum spírítu tuo. Kyrie eléíson...

R. E con il tuo spirito. Kyrie...

Benedicamus Domino.

Benediciamo il Signore.

R. Deo grátias.

R. Rendiamo grazie a Dio.

Hymnus

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.

Un cosí grande sacramento
Veneriamo dunque in ginocchio
E l'antica regola
Ceda al nuovo rito:
La fede supplisca
Alla fallacia dei sensi.

Genitori, Genitoque,
Laus et iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio.

Al Padre e al Figlio
Sia lode e giubilo,
Salute, onore, forza
E benedizione:
E a Colui che da essi procede,
Si tributí pari lode.

Amen.

Benedictio

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius,
et Spiritus sanctus.

Vi benedica Dio onnipotente, Padre e Figlio e
Spirito santo.

R. Amen.

R. Amen.

Hymnus

O salutaris Hostia,
Quæ cælis pandis ostium,
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.

O vittima fonte di salvezza,
Che schiudi le porte del cielo,
Incombono guerre nemiche,
Dacci forza, portaci aiuto.

Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria,
Qui vitam sine termino,
Nobis donet in Patria.

Al Signore uno e trino
Sia gloria perenne;
Ci doni la vita eterna
Nella sua patria.

Amen.